Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Nicolai Alardi, Pastoris Steinbeccensis, Bibliotheca Harmonico-Biblica

Alard, Nicolaus

Hamburgi, MDCCXXV

VD18 10490701

Caput V. De Reformatis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17504

Visual Library

ſte *le Long* in Bibloth. Sacr. p. 992. Lege de eo *Nic. Antonium* in Bibloth. vetere Hiſpan. T. II. p. 168. ſq. Rich. Simonem in Biblioth. Critic. T. IV. ep. 40. & *Thom. Pope* Blount in Cenſura celebr. Auctorum p. 322. ſqq.

Franc. Georg. Veneti Problemata in Scripturam S. Pariſ. 1574. 4.

CAPUT V.

De Reformatis.

JAC. *Altingii*, Heidelbergenſis, Theologi Groningenſis, Commentarius Theoretico practicus in loca quædam ſelecta Veteris Teſtamenti & Parallelismos quosdam Vaticiniorum ex Vet. Teſtamento in novo citatorum. Vid. Ejusd. Opp. Tom. II. Conf. de eo *Petr. Bælii* Dictionar. Tom. I. p. 183. ſq. *Freheri* Theatrum p. 720. & *Benthemii* Holländiſchen Kirchen-und Schul-Staat p. 257.

Nic. Arnoldi, Theologi Franeq. Lux in tenebris, ſeu brevis & ſuccincta Vindicatio ſimul & Conciliatio locorum Veteris & Novi Teſtamenti. 4. Franeck. 1662. 1665. 1680. Frf. & Lipſ. 1698. Audiamus ipſum auctorem, quid in poſteriori editione præſtiterit; ita enim in præfatione „Magna parte auctius prodit hoc opus. Quia & locis controverſis auctum, quæ ſola continebat „prior editio, & acceſſerunt in ſpeciem contradicentia, eaque omnia, quæ Tirinus Jeſuita in „ſuo opere Biblico prolixe corraſit, (præteritis „tantum quibusdam, quæ ipſi nata ſunt à textu vul-

vulgato, & vel ex ſola inſpectione textus Ori-"
ginalis conciliantur) quæ Waltherus operoſe"
in Harmonia, Friedlibius in Theologia exegeti-"
ca, Scharfius in Symphonia, quæ Althamerus,"
quæ Obenheynius, quæ Taddæus, conciliatores"
expediverunt &c.,, Vide de eo *Jo. Marckii* Orat. funebrem & ex ea *Bælium* Tom. I. p. 377. Dictionarii, & B. *Jo. Frid. Mayerum* in Biblioth. Biblica p. 125. ubi teſtatur, animum ſibi quondam fuiſſe, librum hunc Arnoldinum per diſputationes Academ. ſub examen vocare, & ſub titulo: *Tenebræ in luce*, edere, idemque conſilium fuiſſe B. *Jo. Bened. Carpzovii.*

Thom. Beconi, Angli, Conciliatio locorum S. Scripturæ. Anglice. vid. ejus opera in fol. Lond. 1563. *Le Longius* B. S. add. *Freberi* Theatrum p. 223.

Joh. C. v. Bleiswyck Bybel-Balance ende Harmonia bœck. Delff. 4. 1675.

Hug. Broughtoni, Angli, Concentus Scripturæ ſacræ, primum Anglice, deinde Latine, cum Chronico Beroaldi. Hanov. 4. 1602. Baſ. 4. 1606. Frf. 4. 1606. Vide de eo *Pet. Bælii* Dictionar. Tom. I. edit. 1720. p. 665. ſeq. *Wittenii* Diarium Biographic. ad an. 1612. 4. Aug. & *Gatakerum* in Cinno. lib. II. c. 2.

Ludov. Capelli, Galli, Sedanenſis, Prof. Salmurienſis Critica S. ſeu de variis, quæ in ſacris Vet. Teſtamenti libris occurrunt, Lectionibus Libri VI. in quibus ex variarum lectionum obſervatione quam plurima S. Scripturæ loca explicantur, il-

Landesbibliothek Oldenburg

luſtrantur atque adeo enodantur non pauca. Cui ſubjecta eſt ejusdem Criticæ adverſus injuſtum Cenſorem juſta defenſio, cum quæſtione de locis Parallelis vet. & novi Teſtamenti. fol. Pariſ. 1650. Conf. inprimis B. *Jo. Frid. Mayeri* Biblioth. Bibl. p. 101. ſqq.

Jani Druſii, Aldenardenſis, Prof. Franeckerani, Parallela ſacra, h. e. locorum Vet. Teſtamenti cum iis, quæ in novo citantur, conjuncta commemoratio cum notis. Franeck. 4. 1588. Frf. 1618. Opus hoc egregium inter Criticos Anglicanos habetur. Vid eundem B. *Mayerum* l. c. pag. 92. ſq.

Franc. Junii, Bituricenſis, Theol. Heidelberg. deinde Lugdun. Batav. Parallelorum ſacrorum libri tres, i. e. Comparatio LL. S. Scripturæ, quæ ex Vet. Teſtamento in novo adducuntur. Exſtant in Opp. Genev. f. 1607. & ſeorſim Heidelb. 4. 1588. Vide B. *Mayeri* Biblioth. Biblic. p. 88. ſqq.

Jo. Lightfooti, Staffordienſis Angli, Harmonia vet. & novi Teſtamenti. 4. & fol. 1665. vid. eundem B. *Mayerum* p. 113. ſq.

T. Man conciler of the Bible - - - Lond. 1662. f.

Guil. Perkinſi, Angli, Varnicenſis, ſpecimen digeſti, ſeu Harmonia Bibliorum vet. & novi Teſtamenti. Cantabrig. 4. 1598. Hanov. 4. 1602. 1611. 1614. & Lond. 4. 1624. Siniſtra manu liber hic, cum ceteris autoris eſt conſcriptus, dextram enim mutilam & ad ſcribendum ineptam habuit,

buit, referente *Kœnigio* B. V. & N. Conf. de eo *Thom. Fullerum* in Abele redivivo p. 431. ſqq. & B. *Jo. Frid. Mayeri* Biblioth. Moralem p. 38. ſqq.

Matthæi Poli, Angli, Annotations upon the Holy Bible, i. e. Annotationes in Biblia ſacra, quibus textus Biblicus inſeritur, variæ Lectiones dictaque Parallela in margine annectuntur, difficiliora ſiugulorum verſuum vocabula explanantur, dicta ἐναντιοφανῆ conciliantur, quæſtiones & dubia ſolvuntur, ſenſus denique textus univerſi aperitur. Vol. I. auctore ipſo; Vol. II. poſt illius fata adjectum. Lond. f. 1688. Laudantur & recenſentur annotationes in *Act. Erud. Lipſ.* Supplem. I. p. 184. ſeq. Conf. B. *Mayeri* Bibliothec. Bibl. p. 133.

Ejusd. Synopſis Criticorum, aliorumque S. Scripturæ Interpretum. Vol. V. fol. Lond. 1669. - - 1679. Recuſa Frf. 1679. hinc Ultrajecti Jo. Leusdenio curante A. 1686. Denique iterum Frf. minoribus typis A. 1694. 4. Synopſis Poli vel ideo huc pertinet, quod in fine duplex index habetur Scripturarum, quæ non ſuis locis explicantur, vel cum aliis, quæ in ſpeciem videntur pugnare, conciliantur. Adde B. *Mayerum* l. c. p. 159. *Rich. Simonem* in Hiſt. Critica N. T. lib. III. c. XV. & **unpartheyiſchen** *Bibliothecarium* Part. II. p. 105.

Jo. Polyandri, Belgæ, Theologi Leidenſis, Harmonia locorum S. Scripturæ, prima fronte invicem diſcrepantium. Gallice 8. Dordraci 1599. *Lipen.* B. T. tit. Scriptura S.

Franc.

Franc. Ridderi Schrifft-Licht über ſchein-ſtreiten-de, dunckele und mißdeutige Texte der H. Schrifft. Belgice Roterd. 1675. 4. & ſq.

Jo. Scharpii ſeu *Scharſii*, Scoti, Symphonia Prophetarum & Apoſtolorum, in qua ordine temporum ſervato, S.Scripturæ, ad ſpeciem pugnantes, conciliantur, nec non ad Quæſtiones Chronologicas aliasque Vet. Teſtamenti reſpondetur. II. Part. Genev. 4. 1625. 1639. 1653. 1670.

Frid. Spanhemii, Genevenſis, Theologi Heidelbergenſis, Dubia Evangelica, in tres partes diſtributa. Genev. 4. 1658. De his judicat *Hottingerus* Bibliothecar. p. 173. ſ. ſq. quod ſi in univerſum contextum ſacrum dari potuiſſent, nihil in hoc ſtudiorum genere deſiderari amplius potuiſſe. Cave tamen, putes, Spanhemium circa dubia Evangelica tantummodo verſari; ipſe enim diſerte affirmat, ſe cum tempore, pro re nata, dubia alia adjeciſſe, quæ Lectorem accuratum morari poſſe videbantur &c. vid. præf. P. I. p. 3.

Guil. Surenhuſii, Prof. Amſtelod. ספר המושה ſive βίβλος καταλλαγῆς, in quo ſecundum veterum Theologorum Hebræorum formulas allegandi, & modos interpretandi conciliantur loca ex Vet. Teſtamento in novo allegata. 4. Amſtel. 1712.

Sam. Thorſelii, aliis *Thorſchelii* & *Torbelli*, Angli, Harmonia Bibliorum, ſeu Conciliatio locorum, quæ inter ſe pugnare videntur. Lond. fol. 1662.

K. Toorn-

K. Toornburgii, Belgæ, verbi divini Miniſtri Alcmarienſis, Concordantiæ Locorum diſſonantium ſacræ Scripturæ. 8. Alcmar. 1695.

Barthold. Weſthemeri, Phorcenſis, Conciliatio & Conſenſus ſacræ Scripturæ & Patrum Orthodoxorum. Baſil. 8. 1535. ſq. Tig. 4. 1552. *Lipſ.* B. T. tit. Concil. SS. & Harmon. Bibl.

CAPUT VI.

De Lutheranis.

A*ndr. Althameri*, Norimbergenſis Theologi, Conciliationes locorum S. Scripturæ ſpecietenus inter ſe pugnantium. Norimb. 8. 1528. 1529. 1531. 1532. 1535. 1542. 1548. 1588. Budiſſ. 1560. Lipſ. 1555. & 1561. 8. Witteberg. 1567. 1582. 1592. 1602. 1612. Germanice per *Sebaſt. Franck.* Norimb. 8. 1528. De quibus Cl. M. *Jo. Chr. Dorn* Bibl. Theol. Crit. P. II. p. 99. recte obſervat, eas nec ſuffeciſſe, nec peritioribus ſatisfeciſſe. Conf. omnino Unſchuldige Nachrichten an. 1713. p. 737. ubi de hoc & aliis Althameri ſcriptis diligenter agitur. Adde an. 1715. p. 87.

Bibliandri Harmonia Dictorum inter ſe pugnantium. P. I. II. Görlitz. 1708. German. Perſonatum hunc Auctorem eſſe *Dav. Hermannum* ex Ven. D. *Pfaffii* Introd. ad Hiſtor. Theologiæ literariæ p. 63. didici. Dolendum tamen, in hac Harmonia plures Antilogias eſſe fictas. Vid. infra *Waltherum.*

Landesbibliothek Oldenburg